



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Septiceps Lvthervs, Vbique Sibi, Svis Scriptis contrarius,
in visitationem Saxoniam**

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1564

De Baptismo Paruulorum, cap. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35803

De Baptismo Paruulorum.

CAP. XVIII.

VISITATOR.

In li. Visit. **P**aruuli baptizari debent, sicut hucusq; obseruatum est, quandoquidē id ipsum significat baptismus quod significauit circuncisio. Cū igitur circuncisi fuerint pueri, debēt & baptizari. **LVT.** Baptizentur licet, attamē in puero post baptismū negare remanens esse peccatum, est Paulū & Christum simul conculcare. **ECCLE.** Infantes stāt ibi, nudi & non uestiti, in corpore & anima, nullā habēt fidē, nullum opus. Hic accedit Catholica Ecclesia, vt Deus eis fidē infundat, non q̄ nostra fides aut opus infantē iuuare debeat, sed vt infans propriā aliquā fidem acquirat. **MAR.** Si quis obiiciat, paruulos promissionē non capere, nec fidē baptismi habere posse, ideóq; aut nō requiri fidē, aut paruulos frustrā baptizari. Hic dico, quod omnes dicunt, fide aliena paruulis succurri, illorum qui offerunt eos. Sicut enim verbū Dei potens est, dū sonat, etiā impij cor immutare, quod nō minus est surdū & incapax, quā vllus paruulus: Ita per orationē Ecclesiæ offerentis & credētis, cui omnia possibilia sunt, & paruulus fide infusa mutatur, mundatur, & renouatur. **SVER.** Nō negamus, paruulos esse baptizandos, nec asserimus eos baptismum accipere sine fide, sed dicimus ad baptismū eos credere per vim verbi quo exorcizantur, & per fidem

*In Assertio-
ne art. 2.*

*In 500. ar.
art. 188.*

*In sermo. de
Surdo &
Muto.*

*In Cap. Ba-
bylo. cap. de
Baptismo.*

*In lib cōtra
Coclaum.*

Ecclesiæ eos offerentis, & eis fidē orationibus suis impetrantis. Alioqui, mera & intolerabilia essent mendacia, quando baptizans à parvulo quærit, an credat, nō baptizaturus, nisi vice eius respōdeatur, credo. Vt quid interrogat, an credat, si certum est, eos non credere: vt Cocleus contendit, Esto: Augustinus sic aliquando dicat. Sed Cocleus satis fit esse sic, ab homine dictum, nos volumus hoc dictū diuinis testimoniis probatum: Quin asserimus, paruulos prorsus nō esse baptizandos, si verum est, eos in baptismo nō credere, ne illudatur maiestatis sacramētum & verbū. VISI. Ego & gratias ago Deo & gaudeo, me paruulū esse baptizatum. Ibi enim feci, quod Deus præcepit: Siue ergo crediderim, siue nō, sum tamen baptizatus super mandatum Dei. Baptismus verus & certus est, siue fides mea adhuc hodie certa sit, siue incerta, possum curare, vt adhuc credā ac certus fiā. In baptismo nihil deficit, in fide semper est defectus. Satis enim habemus ad discendam fidem toto tempore vitæ. MAR. Nō dubitarem, etiā adultum impium, eadē Ecclesia orante & offerente, posse in quouis sacramento mutari, sicut de paralytico Euangelico legimus, aliena fide sanato. Atque hac ratione libens admitterem sacramenta nouæ legis esse efficacia ad dandam gratiam, non modo non ponentibus, sed etiam obstinatissimè ponentibus obicem. LV THERVS. Experiatur quisque seipsum, & referat, si audet,

In lib. cōtra rebaptizatores.

Vbi supra. In cap. Babyl.

In assertio- ne. art. 2.

DE BAPTISMO PARVULORVM.

se nō habere concupiscentiā, etiā si ad morbū
vsque ieiunet & laboret. Et vnde hoc malum
furens & indomitū? Nō vtique à natura, quia
Adam illo caruit ante casum, sed post lapsum
sensit in carne, & nobis per generationē herē-
ditauit. Quod baptisate incipit tolli, durat
tamen vsque ad mortē carnis, licet in aliis mi-

*In cap. Ba-
bylo. cap. de
baptismo.*

Vbi supra.

Vbi supra.

nus, in aliis magis. MAR. Si hæc vera essent,
baptismo malè tribueretur ablutio à peccatis.
At verè tribuitur ei, & adhuc lētior & mollior
est significatio, quàm vt baptismū exprimat,
qui potius mortis & resurrectionis symbolum
est. LVT. Aliud est, omnia peccata remitti, a-
liud omnia tolli. Baptism⁹ omnia remittit, sed
nullū penitus tollit, sed incipit tollere. MAR.
At nobis cauendū est ab iis, qui baptismi vim
eō redegerūt tenuitatis & paruitatis, vt gratiā
in eo dicant quidē infundi, sed postea per pec-
catū effundi, tum alia via, ac iā quasi baptismo
penitus irrito facto, ad cælum eundum.

COCLÆVS.

*Experientia tandem didicisti, Illust. Prin-
ceps, quid monstri monstrosa ista contrarietas
in Germania produxerit, in tot millibus rebap-
tizatorum. Nā & ex tuis aliqui rebaptizati
sunt, licet falso gloriatur Luther⁹, in terris tuis
adhuc nihil tale cōpertum fuisse, scis ipse me-
lius, norunt & carcerum custodes, sed & pu-
blica quorundā poenitentia in Ysenaco aliud
testatur. Sit præterea Luther⁹ ipse (vt fatetur)*

Balthasarū illum (qui nuper in Austria Vien-
 næ exustus est) Anabaptisarum principem in
 libello suo dixisse, secum sentire Lutherū, quod
 ipse strenuè quidem nunc pernegat. Negare ta-
 men non potest, se antequam prodirent Ana-
 baptistæ, scripsisse, & in pueris post baptisma
 remanere peccatum, & pueros non esse bap-
 tizandos, nisi propriam habeant fidem vti patet
 supra. Et hoc idem ad V valdenses quoque scri-
 psit, reprehendens eos, quod infantulos bap-
 tizant ad futuram fidem, quam adulti adhuc cō-
 sequentur. Ait ergo, præstare, prorsus omittere
 baptismum in paruulis, quàm baptizare sine
 fide, Quia sacramenta, neque debeant, neque
 possunt sine fide accipi. Si verò sine fide acci-
 pias sacramentum, magno tuo malo accipias.
 Huic vestræ (inquit) doctrinæ opponimus nos
 verbum Christi. Qui crediderit & baptizatus
 fuerit saluus erit. Nunc autem vbi videt tibi
 aliisque principibus displicere funestam sectā
 illam scribit contrarium, nempe quod vti que
 baptizandi sint pueri, etiam si nōdum credāt.
 Et verbum Christi, quod V valdensibus oppo-
 suit, à rebaptizatoribus obiectum, longè aliter
 exponit. In visitatione autem sua non à fide
 paruulorum (de qua penitus ibi tacet) sed à pro-
 tectione Dei & ab exemplo circumcisionis

In lib. cōtra
 Rebaptiz.

In lib. ad
 V valdenses.

In li. contra
 rebaptizā.

DE SACRAMENTO

probat, baptizari debere paruulos? intelligis ne iam, quid mereatur Proteus iste tam subdolus? si exustus est iure Balthasar ille, cur viuit adhuc Lutherus, qui prior huic diræ Sectæ ansam principiumq; dedit? Nam Episcopus Roffensis, & ego cōtra eum pro baptismo paruulorum scripsimus, antequàm secta illa fuit exorta.

De Sacramento Eucharistiæ.

C A P. XIX.

V I S I T A T O R.

*In lib. Visi-
ta.*

*In Sermone
de Eucharis-
tia.*

DE sacramento veri corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, debēt hominibus hi tres proponi articuli. Primus, vt credāt in pane verum corpus Christi, & in vino verum sanguinem Christi esse. Secundus, vt doceantur homines, rectē sumi vtrāque speciem. Tertius, qui maximi est momenti, vt doceantur, cur vti debeant sacramento isto, & quomodo dispositi esse debeant. **D O C T.** Non est ibi panis & vinum, sed species tantū panis & vini. Sicut attem panis in verum & naturale corpus Christi, & vinum in verum & naturalem sanguinem eius transmutatur, ita & nos in spirituale corpus, id est, in communionem Christi, & omnium sanctorum, trahimur ac transmutamur, & per hoc sacramentum in omnem virtutem & gratiam Christi & sanctorum